



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apologia Explicationis Gavsarvm [!], Cvr Cvm Gregorio à  
Valentia Hispano, Iesuita Ingolstad. de hominum  
mortuorum, Statuarum, Imaginum, &c adoratione, non sit  
amplius disputandum: Et Refvtatio ...**

**Heerbrand, Jakob**

**Tvbingæ**

**VD16 H 960**

VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36573**

tanquam carnales, cultus omnes ab hominibus excogitatos. Affectus carnis mors est & inimicitia aduersus Deum, legi enim non est subiectus, et ne potest quidem. Item: Animalis homo, ψυχικός, non percipit ea quae sunt Spiritus Dei, stultitia enim est illi, et non potest intelligere. Et hoc etiam est quod Saluator dicit: Quod ex carne natum est, caro est. Vbi non tantum de carnali propagatione loquitur, sed, etiam de toto homine, eiusque ingenio. In malā itaque rem, Hispanie, cum tuis istis spontaneis cultibus carnalibus, qui sunt tantummodò mali & inimicitia aduersus Deum, tam scilicet utiles sunt, & grati Deo: Nedum, ut tu nugaris, gratissimi.

Postremò, sarcasum intelligo, quo non mihi solum, sed omnibus pijs illudit, quòd antè petieram, quòd paria essent arma, ut cõiunctim nostra scripta cõtraria Ingolstadij excusa euulgari per Bauariam, præcipuè in collegijs Iesuitarum, concederet. Verùm id Hispania non dextrè percepit. Curauit enim sua contra me ædificata scripta, denuò sub incudem reuocari, inque vnicum librum collecta euulgari. Deinde, horum sociorum instinctu, studio, & opera indefessa, factum est, ut tota ditione nostrorum omnes sint proscripti, initio Ingolstadij factis, mense Maio: de quo supra. Sed de hoc Dominus videat, & iudicet.

## VI.

Dixi etiam, Hispanum nihil afferre noui, sed cocysmum suum subinde ingeminare, & cramben multoties coctam ac recoctam, definitiunculā nempe Idololatricæ imperfectam, cum nausea et molestia maxima, appo-

ponere, Cum tamen nunquam negauerim, eo modo, in ea habetur, idololatriam committi: sed non eo solo, & quem Ethnici, crassissimi aliàs idololatra, intellexerunt, cum videlicet honor, soli Deo proprius, creaturæ ut creatori tribuitur. Definitionis meæ partes, ita scripturæ S. testimonijs confirmavi, & iam supra ad omnia, quæ obiecit aduersarius, ita respondi, ut pijs & bonis omnibus satis factum esse dubitem minime. Quid verò ipse, cum ad alia multa, tum quod de sanctis, Francisco & Clara, obieci, responderit, de quo hic gloriatur, supra à se esse dictum, in præcedenti nempe capite, meminisse non possum, & ni memoria me fallit, nihil prorsus respondit, Nisi quod, se in Spongia inuenire non potuisse, dicit. Hoc modo ab ipso scilicet responsum est facillimè, ad omnia mea argumèta, Iudicium committo lectoribus omnibus. Et tamen nihilominus Thraso, ad omnia mea se respondisse, gloriatur.

Simile huius est, quod hic asserit, se quoque ad ea, quæ ex Scholasticis obieci, quod dicunt: illæ propositiones sunt possibiles: Deus est lapis, Deus est Astræus, Deus est homo damnatus, Deus est Diabolus, &c. in refutatione Apologetici sui respondisse, hic ait. Hæc autem ista, ipsius sunt, de his, verba: Item, dum, veteri more horum, in his ipsis Scholasticis nonnulla carpit ac irridet, quæ ad rem omnino nihil faciunt, & denique sophismata vocat ea, quæ intelligere præ ruditate non potest. Hæc illi. An non egregiè & Magistraliter socius I. Esau respondit: Ego verò, Hispanè, non nugas esse arbitror, Ideoque non rideo: Sed res maximi momenti, & blasphemias, auditu etiam horrendas & abominandas. Hæc igitur quis ridere posset: Sed ad inferna-

fima

fima horrendas istorum blasphemias damnauit, vt in mar-  
 gine addidi: Schwefel vñ Bech her/ In Teuffel auff  
 dein Kopff. Iam quoq; Hispanus cum defendere illa  
 nequaquam possit, tamen mitigare & excusare studet.  
 „ Curiosius aliquanto illos ait fecisse, longiusq; in minu-  
 „ tijs quibusdam progressos, aut horridius etiam & in-  
 „ comodius interdū fuisse locutos. Huicne homini Reli-  
 gionem curæ esse, benè de Religione sentiens qui-  
 quam sibi patietur persuaderi: qui adeò frigidè de atro-  
 cissimis, & omnibus seculis, etiam inter Ethnicos ve-  
 Dei ignaros, inauditis blasphemijs, eiusq; doctoribus  
 loquitur? Sed quid hoc mirum, cum plusquam Ethno-  
 cam omnibus viribus Idolomaniam, quam in mortuo-  
 rum invocatione, & Statuarum adoratione exerceri  
 tueri studeat.

Ad alia etiam, ad quæ respondere ipse non potuit  
 „ Ea iam dicit mendacia, conuicia, contradictiones, calu-  
 „ la, aut hæreses à proposito alienas fuisse, & vel à se, vel  
 ab alijs sufficienter confutatas. Ita q; mi Domine Do-  
 ctor Gregori, Pater reuerendissime, benè sum conten-  
 tus doctissima vestra solutione.

Sed quid interim, vt vnum iam tantum (ne libellus  
 crescat, quod, me etiam inuito, fit, dum ad omnes istius  
 „ ineptias & impietates mihi respondendum est, ne iterū  
 „ exclamet, & gloriatur, me obmutuisse) verbi gratia pro-  
 ponam, quod me aliquoties obiecisse memini, de Ma-  
 riarum Psalterio: quod cum totius sacræ scripturae com-  
 pendium sit & promptuarium, sicut omnes Orthodoxi  
 doctores semper iudicauerunt, adeò turpiter, sceleratè,  
 adeoq; blasphemè est corruptum, deprauatum, & ad  
 D. Virginem Mariam translatum per omnia, ita vt  
 quæ

æcunq; in genuino, Deo Opt: Max: tribuantur, pro  
 ta solius Maestatis Diuinæ: in hoc ad Mariam om-  
 & singula sint expressis verbis translata: de hoc,  
 quam, quid respondisti: cur hîc altum adeò silenti-  
 um: Num hîc quoq; quod de alijs preculis, responde-  
 bis, me, cum homo senex sim, ineptè facere, & pruden-  
 tia carere, vt hîc scribis, ( pelsimè enim hominem ista  
 habent, quòd nec defendere possit, nec tamen errores  
 suorum agnoscere velit ) qui ex obscuris & corrosis li-  
 bellis eas colligam: Atqui vsiatissimum est, in Eccle-  
 sia Pontificia, Psalterium hoc idololatricissimum, spur-  
 cissimum, Diabolicissimum, typis excusum Venetijs,  
 Parrhisijs, in Bauaria Tegernicæ Monasterio, non se-  
 mel, Anno 1573, in decima sexta forma: sed iterum An-  
 no 79, Vnde quanti id faciant apparet. De hoc, in-  
 quam, cur altum adeò silentium: An non audis Grego-  
 ri: Euigila.

Et tamen homo superbissimus, ad omnia responsa  
 esse se, gloriari non erubescit. Quod verò de preculis  
 alijs, sibi prolixè à me obiectis, præterea respondit:  
 Bonum eas etiã sensum habere posse, & comòde expo-  
 ni. Cum enim dicitur sancto, Fac, aut concede: sensum  
 Te: effice precib; & intercessione apud Deũ tua, cum  
 hoc ipsum in suo postremo scripto aliquoties repetat, et  
 in præcedentibus quoq; idem dixerit: exẽplis quibus-  
 dam, & quidem ex eodem Mariæ Psalterio desumptis,  
 declarandũ est, quomodo ad regulam Hispani quadræt.  
 Quod et si antè quoq; fecerim, tamẽ, quia siue glossam,  
 siue Regulã suam, hîc repetit aliquoties, nec tamẽ illa à  
 me producta exempla refutare potest: Ideo ob oculos  
 aduenuò ponere visum est, num vel tandẽ illos aperire  
 velit

spong. fol. 39. 36

velit, aut, quia cæcus est, Deus Optimus Maximus vel  
 ipsius, vel aliorum mentes et oculos illuminaret, turpi-  
 tudinem turpissimæ suæ idololatriæ ex cæci homines  
 furoribus idololatricis, & veritatem, videre vt possent.  
 Ita autem legitur Psal. 2. Venite ad eam (Mariam) om-  
 nes, qui laboratis & tribulati estis, et refrigerium & so-  
 latium dabit animabus vestris. Cum Christus ad semi-  
 seros vocat, Pontificij suos ad Mariam ablegant, vt illi  
 refrigeret & consoletur animas afflictas, precibus scilicet  
 & intercessione apud Deum sua, secundum His-  
 spani glossam. Psal. 10. Misericordia illius (Domina  
 Mariæ) vestrorum auferat multitudinem peccatorum.  
 Quid: an non bonum hoc quoq; potest habere sensum,  
 & commodè exponi: precibus scilicet & intercessione  
 apud Deum sua: Sed heus Hispane, aliud sonat fistula  
 aliud pes saltat. Non enim dicit, intercessio illius, sed  
 misericordia illius, auferet multitudinem peccatorum  
 vestrorum. Hoc est, dicit & exponet Hispanus, ex mi-  
 sericordia suæ preces. Sed aliud volunt verba, quæ  
 vim sibi inferri non patiuntur, Hispane, id quod ex alio  
 Psalmo 44. discas: vbi illi dicitur: per tuam sancti-  
 tatem, peccata mea purgantur. Vbi glossema tuum, Hi-  
 spane, fac aut concede, vt per tuam intercessionem, &  
 preces, peccata mea purgentur. Locum habere mini-  
 mè potest: Verte te in quascunq; volueris formas, et  
 amsi Proteus sis, & anguilla magis lubricus, hac ela-  
 bi non poteris, nimis aperta sunt verba, **PER TVAM  
 SANCTITATEM, PECCATA MEA PVRGANTVR.**  
 Quemadmodū & illud Psal. 50. Miserere mei Domina,  
 quæ mater misericordiæ nuncuparis. Et: secundum  
 viscera misericordiarum tuarum munda me ab omni-  
 bus iniquitatibus meis. Quid hîc, Hispane, cum tu  
 rancid

incida glossa dices: Num hæc precatio Psalterij ve-  
 ri bonum sensum, vt tu loqueris, habere potest, &  
 commodè exponi, in hanc sententiã: Mater misericor-  
 diã, secundum viscera misericordiarum tuarum, munda  
 me ab omnibus iniquitatibus meis: Secũdum visce-  
 ra misericordiarum tuarum, id est, effire precibus & in-  
 tercessione apud Deum tua, vt ille me mundet, ab om-  
 nibus iniquitatibus meis: Quid hinc audio Hispane,  
 Secundum viscera misericordiarum tuarum, tu munda-  
 me, & quidem ab omnibus iniquitatibus meis:  
 idem tibi est & significat, quod preces & intercessio:  
 Iudicabam antè, malum te tantũ esse Theologum,  
 seu potius Matheologũ: Iam verò uideo, te etiam mira-  
 bilissimum esse & pessimum Grammaticum, atq; Hæ-  
 reticum in Grammatica: Ideoq; caueas tibi à Priscia-  
 no, qui turbari se non patietur in suo regno, nec facile  
 impunè feret, illud inuadere. Sed pergamus. Psal. 94.  
 Venite, exultem⁹ Domine nostræ, venite adoremus, &  
 proci damus ante eam, confiteamur illi cum fletibus pec-  
 cata nostra: Suscipe in fine nostro animas nostras & in-  
 troduce nos in requiem æternam: secundum Hispanum,  
 precibus tuis & intercessione tua, introduce nos in requi-  
 em tuam æternam. Sed cum hac glossa pugnat textus  
 Psal. 30. In manus tuas, Domina, commendo Spiritũ  
 neum, totam uitam meam, & diem vltimũ meum. Heus  
 Hispane, prodi cum Grammatica tua noua, & comodè ex-  
 pone nobis hæc verba, possunt enim bonũ habere sensũ  
 in man⁹ tuas, id est, in preces tuas, & intercessiõne tu-  
 as: An non benè sonat: Sicut etiam hoc Psal. 126. Nisi  
 Domina ædificaueris domũ cordis nostri (scilicet preci-  
 bus & intercessione apud Deũ tua) non permanebit ædi-  
 ficium eius. Sed quod immediatè sequitur, vix glossam  
 hanc

T

hanc admittet: *Ædificanos GRATIA ET VIRTUTE*  
*TVA*, vt maneamus firmi in perpetuum: nisi, gratia &  
 virtus, preces & intercessionem significet. Et certe vi-  
 detur commodissimè, ita exponi posse, vt Hispanum  
 iuuenimus: quia gratissimæ sunt Deo preces, ad ipsam  
 ex fide, in nomine Christi fusæ, magnamq; vim habet  
 & virtutem, penetrant enim nubes. Sed quæ sequun-  
 tur, etiam vix hanc commodam admittunt expostio-  
 nem. Ita enim precantur Psalm: 131. Domina, da nobis  
 in nomine tuo fiduciam. Quid enim, Da nobis in no-  
 mine tuo, idemne significat, in nomine tuo, id est, pre-  
 cibus tuis, & intercessione. Sed metuo, ne id Priscia-  
 nus sit permissurus. Quale & illud est valdè durum,  
 Psalmo 146. Ipsa enim (Maria) medetur contritis cor-  
 de, & refouet eos vnguento pietatis. Magna est virtus  
 illius, & clementia eius nullum habebit finem. Non di-  
 cit, magna est virtus precum & intercessionis illius.  
 Sed magna est virtus illius (Mariæ) & clementia  
 (non dicit Dei) sed illius (Mariæ) nullum habebit  
 finem. Ideo enim dicitur: *IPSA* (non ipse, ignavo scilicet  
 ocio indulgens, ludens cum angelis sed ipsa) mede-  
 tur contritis corde, & refouet eos vnguento pietatis  
 suæ. Sicut etiam primam illam Euangelicam aduenturo  
 Messia promissionem ad eundem modum corrupe-  
 runt, vt habetur in vulgata translatione. Nam vbi ex  
 fontibus Hebraicis legitur Ipse, redditum est, non ipse,  
 sed, *IPSA*, scilicet Maria, conteret caput serpen-  
 tis, precibus scilicet & intercessione apud Deum sua, se-  
 cundum Hispanum. Sed aliud vult & intelligit Ecce-  
 sia Pontificia, dum illi dicunt ad Mariam: adoro altissi-  
 mos pedes tuos, quibus antiqui serpentis caput calcauit.  
 Hinc

Gen. 3.

line & reparatrix & saluatrix seculi dicitur, Media  
 Dei & hominū, Ablutio peccati, Scala cæli, lanua  
 Paradisi, Adiutrix nostræ redēptionis, & auxiliatrix  
 nostræ iustificationis. Deus enim omnes gratias facien-  
 das Mariæ commisit. In manu eius omnis salus nostra.  
 Hinc dicunt: Scio quòd potes omnia quæ vis. Et: Vi-  
 tam æternam mihi tribuas. Item: Mortuos resuscita.  
 Hæc nequaquam, Hispanæ, commodam illam tuam ad-  
 mittunt expositionem.

Quod verò negat, eandem suam esse causam, quæ  
 fuerit olim eorum, quorum Idololatriam Prophetæ res-  
 darguerint, vt ego dixerim, quodq; in Apologetico re-  
 futauerit: Hoc ibi differre se ab illis dicit: quod populus  
 iste non ad Deum verum, vt nos, inquit, sed ad Deos  
 falsos gentium, cultum diuinum direxerint, vt inter-  
 dum, inquit, ipse (me intelligens) quoq; cōuictus fate-  
 batur. Respondeo, Statim ab initio controuersia, non  
 conuictus, dixi in disputatione, Iudæos multis modis I-  
 dololatriam commisisse. Sed hoc verum minimè est,  
 quod Hispanus, populum Israel non ad Deum verum  
 cultum direxisse, asserit. Hoc enim apertè negat gens  
 Hebræa, dicens: Post Baalim non ambulauit. Sed hoc  
 fuit peccatum illorum, quòd Israelitæ, quemadmo-  
 dum gentes, Dominum Deum suum vocabant Baalim,  
 cumq; iisdem cultibus, quibus istæ suum Baal, cole-  
 bant. Quod manifestum est ex Prophetæ Oseæ verbis,  
 vbi Dominus ipse hoc affirmat & testatur, inquit: Et  
 erit in die illo, ait Dominus, vocabis me virum eius, & non  
 vocabis ME vltra Baali, id est, Baal meo. Ex quibus ver-  
 bis euidentis est, & manifestū, Israelitas Iehouah, Domi-  
 num Deū suum, vocasse Baal, quemadmodū gentes, &  
 eam iisdē honorare voluisse cultib;. Vnde negant, se

T 2 ae

Vide plurima  
 in hac sententi-  
 am horrenda I-  
 dololatria Spon-  
 gi: fol: 36. & se-  
 quentibus ali-  
 quot.

Jerem: 2.

Os: 2.

adherere Baalim, aut post eum ambulare. Vt unq̄ se-  
ringat Hispanus, & hæc apertissima verba Prophe-  
tarum pervertere conetur, nihil tamen proficiet, quod cla-  
riora sint & manifestiora, ista Prophetarum testimo-  
nia, quàm vt vim sibi illius Sophistica fieri patiantur.

Quod igitur ad Idola gentium & Israëuitarum atti-  
net, quæ non ipsa solum Propheeta Domini, sed etiam  
fabros eorum exagitat, in nullo prorsus differt Idolo-  
mania Pontificia ab illorum, nisi sola nominum permu-  
tatione, quod prolixè multis docui, & ad oculum demō-  
stravi, in Spongia. Quod quemadmodum gentes suc-  
culares, Deos tutelares, rebus singulis in toto mundo na-  
centibus, præfectos, Prouinciales, item, Maiores & Mi-  
nores gentium Deos habuerunt: ad eundem planè mo-  
dum, singuli in Papatu edocti sunt, Patronos eligent,  
peculiariter colere: deinde pagatim, oppidatim tutela-  
res, Prouinciarum quoq̄ atq̄ regionum, morborū stem-  
patorum, periculorum incendiij, aquarum, & maris: Vt  
Neptunus, Nicolaus & Christophorus, vt Bacchus,  
Urbanus. Vt Latij Martē, sic nos te Diue Georgi, sin-  
gulis penè morbis: vnde 14. opitulatores præfecerūt. De-  
niq̄ vt Romani Ethnici *παυλαῖον*, ita postea Flamines  
Christiani, Pōtiffices, illud ipsum in D. Virginis & om-  
niū Sanctōrū Templum conuerterunt, sola, quod dixi,  
nominum facta permutatione. Porrò, quemadmodum  
Ethnici suis statuas et imagines ex auro, argēto, ligno et  
lapidibus fecerunt, quod affabrè admodum per hypo-  
typosin Isaias descripsit, quomodo fabri laborent ijs  
faciendis, seq̄ defatigent, & quod de trunco reliquum  
est, focum accendant, se calefaciant &c. cum ex altero  
Deum fecerint, quem colant & adorent: Vnde & Psal-  
tes illos risit, dicens: Simulacra gentium, aurum & ar-  
gentum,

Isa. 44-

entū, ligna, lapides, aures habent, & non audiunt &c.  
 e addit: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes  
 i confidunt in eis. Eadem per omnia de Dijs Papisti-  
 & Ecclesiae, siue Diuis, verissimè & rectissimè dicun-  
 tur. Quid enim horum negari potest: Ita vt ouum nō  
 sit ouo tam simile, quàm hæc Idolomania Pontificia  
 Ethnicorum illorum. Ideo ingentem Hispani impudē-  
 tiam esse necesse est, tergiuersantis, propterea, quod gē-  
 tiles Idolis, ipsi verò Diuis, hoc est, mortuis homini-  
 bus sanctis, cultus istos exhibeant, colant, inuocent,  
 opitulatores constituant. Cuius rei, quod certum est,  
 nec mandatum Dei, nec promissionem, nec exemplum,  
 in tota sacra scriptura Canonica, Veteris & Noui  
 Testamenti, habent, quod & Eccium confitentem au-  
 diuimus. Et vt maximè ad Deum se referre cultum istū  
 mortuorum prætexant: tamen quia Idololatria est ab  
 hominibus excogitata, Deus sibi hæc negat grata esse,  
 aut fieri, sed Dæmonijs, pronunciat. Ideo non est quod  
 moleste ferat Hispanus cum suis, aut excipiat, quod E-  
 thnicorum Idololatriæ Pontificia conferatur, cum mul-  
 tis etiam parasangis antecellat, quod in Spongia ad ocu-  
 lum est demonstratum, & hoc quoq; capite, aliquid.

VII.

Repetit hoc loco Hispanus vanissimam distincti-  
 onculam, de Pontifice Romano, aliquid vt Pontifi-  
 ce definiente, vel vt doctore aliquid scribente. Hoc  
 in modo, non ita pronunciaſſe Gelasium (cuius testi-  
 monium & auctoritatem illi opposueram) quasi volue-  
 rit, ad sententiam suam credendam, obligare vniuer-  
 sam Ecclesiam. Sed dicit tantūm Hispanus, & nugatur,  
 nihil probans. Quod enim addit: Propter promissio-  
 nes